prefatos doc. maxime do. Anto. in .d. c. q. clericis. in .viii. colū. uer. circa quod examinandum premicto & ce. qui debent attendi iura fori eorum: nec hoc casu debet intelligi dictum Bar. Si autem dispositio concernat laicos clarum quod ligatur statuto in quocumque foro agit dictam theorica. Si uero dispositio concernat clericum & laicum hoc casu loquitur Bar. dicens quod talis dispositio ligatur statuto in utroque foro quod dictum si agatur in foro civili doc. tenent Hostien. in tit. de testamē. §. qualiter. uer. an uti in foro ecclesiastico & seculari Io. an. i. d. uerf. & nota. i. in addit. do. Anto. in dicto. c. q. clericis. in .xvi. colum. per que dicit quod statuta ut instrumentum guarantigie habeat executionem paratam habent locum contra clericum & pro clerico & ce. qua ratione dicit ibi do. Ant. quod si instituto laico a clerico legatarii agant ad legatum uel heres petat hereditatem a laico non ualebit testamentum non insinuatuz & si dicatur quod statuta laicorum ligant actus clericorum dico quod ligant actus clericorum quos faciunt nisi ut clerici sed ut alii homines ut dicit Bar. uel non ligant actus clericorum immediate: sed ex dispositione legis canonice: sic enim uidetur clericus testando consensisse ex dispositione iuris canonici ut eius testamentum subiiciatur legibus fori secularis ubi causa agitanda est secundum do. Anto. in loco proxime allegato. Si uero agatur in foro ecclesiastico Hostien. i. preallegato uer. an igitur: qui statuta dicit seruari prout causa agitur coram seculari iudice non prout coram ecclesiastico. Idem uult Io. an. in dicto uer. & nota. & maxime in octaua ratione: unde potuit sumi dictum Bar. & do. Anto. in .c. proxime allegato: quia contrahentes tacite uidentur consentire legibus in quo agitur lis a laico: coram ecclesiastico: ualebit testamentum: licet coram duobus testibus & non insinuatuz quo ad legata facta a laico & conueniatur a laico pro legatis secundum do. Anto. ibidem quod subdit uerum in quantum testamentum in totum subiicitur legi ecclesiastice ut quia principalis institutio est in piam causam: uel quia est instituta ecclesia ut supra dixi: secus si tale testamentum subiiceretur legi seculari ut quia esset a laico institutus clericus contemplatione persone quo casu testamentum subiicitur legi seculari quo ad clericum agentem tunc lega-

rii quando contra clericum petere habeant legata in foro ecclesiastico testamentum illud non iudicaretur secundum ius canonicum quo ad legata ne diuerso iure censeatur secundum do. Ant. sed certe diuerso iure censeretur si clericus institutus sine insinuatione testamenti teneret hereditatem quia ea conueniri non posset quod haberet conueniri in foro ecclesiastico in quo statutum non seruat ut dictum est in qua ratione puto quod hoc casu legatarii agere possint sine insinuatione contra clericum in foro ecclesiastico in quo ius canonicum debet obseruari quando clericus conuenitur iure naturali fori de fo. cope. c. cum sit generale. secundum d. Ano. in .d. c. q. clericis. in .ix. colum. uer. concludo. que mihi uidetur ex dictis eorum colligenda & ce. quod subdit uerum quando causa tractatur coram iudice ecclesiastico ex natura regalis fori secus si esset accidentaliter surgens ex actu prorogationis legis ut in reconuentione hominis quia tunc debet iudicari quo ad decisoria secundum naturam naturalis fori conueniunt uel reconuentioni: quia naturalis causa absorbet accidentalem. ff. de tute. l. qui habet. C. de adop. l. cum adoptionis. de libe. & po. l. filio. secundum An. in loco proxime allegato In foro igitur ecclesiastico naturali suatur ius canonicum & non statutum: in foro naturali seculari seruabitur statutum secundum communem opinionem modernorum. non enim est in potestate legatariorum insinuare testamentum ut dictum est in precedenti. q. ad hoc quod dicam in proxima questione.

Lyii. qro iuxta predicam de .q. qua format Bal. i. l. testa oia. C. de testa. i. ulti. q. supposito statuto ciuitatis Perusii quo cauetur quod legata non ualeant nisi insinuetur coram uicario capitanei populi citatis citadis. Non occurrit casus quod quidam clericus fuit heres institutus in testamento in quo fuerunt legata relicta quibusdam laicis qui petunt insinuationem legatorum & fecerunt citari dictum clericum heredem coram dicto uicario quo non competere iudex pronunciauit legata predicam non legitime insinuata. non querit an dicta insinuatione ualere & uidetur quod non quod clericus non potest ad forumulare trahi directe uel indirecte et uolens de fo. cope. c. diligenti. cum ergo citatio sit nulla ergo processus nullus ut isti. de pe. teme. liti. §. si. cum enim de natura citationis sit afficere citationem certe iudex secularis non habet istam potestatem non clericum ut. C. de epi. & cler. auten.

statuimus. In contrarium uidetur naz si hoc est sequitur impossibile: scilicet q̄ dicta legata non ualeant cum insinuari non possint alii enim quā iudex cause non potest citare. non obstat quod solet dici q̄ iudex debz scribere iudici ecclesiastico q̄ citet clericum suū q̄ compareat ad opponendum insinuationi. Nam aut citabit q̄ compareat in curia episcopali. & hoc est impossibile quia nec per formaz statuti nec de iure cōmuni episcopus habet hanc iurisdictionem 'cognoscendi super insinuatione ut. d. l. testamēta. C. de testa. & l. consulta diualia. eo. ti. de epi. & cle. l. repetita. Aut citabit clericum mandando eidē q̄ compareat coram iudice seculari: & hoc ē impossibile ut. d. c. si diligenti. Secundo dico q̄ ista insinuatio ualet: quia super talibus insinuationibus est iudex competens iudex secularis: non autē aliquis iudex ecclesiasticus. Si ergo est iudex cause ergo omnium que dicte cause adesse debent: & quilibet uolēs opponere siue sit laicus siue clericus oꝝ q̄ opponat corā eo qui est iudex cause ut. ff. de re iudica. l. a diuo pio. §. si super rebus. Item q̄ citatio que fit de herede nō est simplex nec est absoluta citatio sed potius conditionalis in effectu. l. si uult sic opponere. si autē se non opponit non est aduersarius ut. C. l. si mancipiuz. ita fuer. aliena. l. ea quidem. unde dicta citatio pōt dici edictū potius q̄ citatio & edictū omnes astringit ut in. c. cuz in tua. qui ma. accu. pos. & in. c. fi. de elec. li. vi. & potius uidetur citatus ad uoluntatē exquirendam q̄ ad causaz. Idez dico si heres esset forēsis quia iudex bene potest citare forensē infra suum territoriu: & ita fuit Perusii consultuz per antiquos sapientes & bene quia licet requiratur citatio. tamen actus iste est quasi uoluntarie iurisdictionis ut no. in. l. fi. C. qui admi. ad bono. poss. poss. Item pretor hic nihil statuit s̄ aliquid ex ordine facit. ff. de bo. aucto. iudi. poss. l. cum unus. qui ordo debet seruari quantū potest saltem de facto ar. ff. de uerbo. obli. l. quidam cum filium. necessitas ergo equalis cause facit ut dicta insinuatio ualeat quia iudex & pars faciendo quod possunt non tenentur ad ampliorem obseruantiam ut. ff. de conditi. insti. l. mulier. §. i. fm Bal. sic dicentem ad cōtextum ut dicta. l. testamēta omnia. ad hoc facit quod idem Bald. dicit

in. l. fi. C. de edi. di. adri. tollen. in ultima charta uer. sed hic queritur. ubi uult q̄ quando heres scriptus petit se immitti in possessionem ex beneficio dicte. l. edicto. coram iudice seculari debet clericus uolens s̄dicere d̄ corā iudice seculari s̄dicere. Et aduerte q̄ in insinuatione citatio nō requiritur ut dictuz est in. l. iiii. q. nisi ex forma statuti id disponatur ut in hac. q. per quā artatur clericus.

Lviii. quero quid si fuit dictum in instrumento si summam quingentorum solidorū excederet plurimum donationum uires uoluit obtinere uel q̄ tot sint donationes quot sūt iugera terre uel quot sunt res. Spe. in tit. de instrumen. edic. §. porro. uerf. donatio. in forma ponit hanc clausulam quasi dicta clausula suppleat insinuationis defectum. Subdit tamen q̄ quidam dicunt q̄ si id quod donatur excedit dictam summam q̄ non sufficiat predicta forma ut dixi in. ii. questione latius. Idem Specu. hanc questionem ponit in ti. de dona. uer. quid si aliquis dat & non bene firmat se. cōmunis opinio est q̄ dicta clausula non suppleat defectum insinuationis per tex. l. sancimus. §. si quis autem. C. de dona. cum illa. l. requirat diuersis temporibus illas fieri ut censeatur diuersa quod ibi placuit Iaco. de are. & Cy. dicenti q̄ cum plura exiguntur uno deficiente totū deficit. ff. de diuor. l. fi. de iti. ac. q̄ priu. l. iiii. §. deinde. benefacit. ff. de naut. fe. l. nihil. §. q̄ singulos. & idem placuit Simo. uincen. & Guido. & Suz. fm Io. an. in ti. de instru. editi. §. porro. uer. donatio. in prima addit. quia hoc uidetur fieri in fraudem legis que ad refrenandum donationum impetus insinuationis necessitatem inuenit facit. C. de inof. donat. l. ii. & eque cum transeant ad heredes utriusq̄ donantis & donatarii ut. l. sancimus. in fi. C. de donati. absurdū enī esset q̄ uerba preualeant & fictio ueritati contra iura. ff. de castren. pec. l. si forte ubi cōcordātiā ad idē ff. de libe. & post. l. filio. & de elect. com. missa. §. porro. cum concor. li. vi. fm Io. an. in. d. uer. quid si aliquis. hoc idem tenz Bar. in. l. modestinus. de donat. etiam si res singule nominentur: & sic in ueritate erunt plures donationes. ff. de uerbo. obli. l. scire debemus. & l. quod dicitur. & in. l. pluribus: q̄ quo ad hoc una est donatio eo q̄ uno tpe est facta & eadē rō fm Bar. hoc idē tenet

Bal. in .l. illud. de sac. sanc. eccle. quia sicut dicitur numeratio temporu nihil opatur ut .d. §. si quis autem. sic neq3 donatio rerum arguendo de re ad tempus ex cōuentione du aruz legū. l. sancimus. §. si. de dona. & de mili. testa. l. miles ita. §. quod diximus. se cus tñ forte foret in liberatione pluriuz sum marum ex diuersis obligationibus debitorū q3 liberatio est correlatiua ad obligationem: unde tot sunt liberationes quot sunt obliga tiōes precesse ut .d. l. modestinus. & ibi no ī. l. ī edibus. §. ex rebus. de dona. fm Bal. in .d. l. illud. quod ultimum dic ut dixi in xlvj. q. & concludo dictam clausulam nihil operari fm cōem opi. doc.

Lix. quero quid si in fraudem legis diuēt se donationes diuersis tpibus fiāt? Dicit Io. an. in .d. uer. quid si aliquis dat. de dona. in addi. Spe. quod Simon uincentinus sup. l. sancimus dicit q3 forsan non ualebunt per .l. .i. ff. de legi. & de iur. patro. l. si libertus in fi. & q3 refert quosdam tenere contrariū cum sic donando utitur iure suo & sic dōlū non facit. ff. de reg. iur. nullus. quod tamē sibi non placet fm quē. §. si quis autē. l. san cimus. loquitur de his que non fiant in frau dem insinuationis fm Io. an. in .d. uer.

Lx. quero nunquid cōtra donationē insi nuatam possit opponi exceptio simulatiōis & fraudis? Rñdeo sic unde si donatio fiat in fraudem confiscationis quāq3 insinuata irri tatur fm Bal. in .l. illud. de sa. san. ecc. alle gat Spe. in ti. de dona. uer. itē pone aliquis & sic ibi tantū Spe. de insinuatione nō faciē mentionē sed dicit q3 donatio ppter retenti onē possessiōis presumitur simulata seu frau dulenta de quo per Bar. in .l. sicut. §. super uacuum. ff. qui. mo. pig. uel ipo. sol. & ī l. post contractum. de dona. & tangit Bal. in .d. l. illud. quod nō psequor q3 nō attinet ad materiam insinuationis de qua agitur. di ctum tamē Bal. uerū puto cuz insinuatio nō fuerit inuenta ad fraudem donatoris uelandā sed ad fraudem donatoris fiendam euitandā C. de dona. l. data. & in ea cause cognitio nō adhibetur ut dictuz est in .vi. q. ad hoc quod dictum est in proxima questione.

Lxi. quero an donatio iurata ualeat sine insi nuatiōe? Rñdeo dicit Bal. in .l. illud. de sa. san. ecc. q3 non quia ad hoc ut iuramentuz ali quid operetur tria debent cōcurrere. Primo

q3 persona sit habilis uel per iuramentū habi litetur. Secundo q3 sit generalis forma serua ta. Tertio q3 res non sit phibita ut .l. si quis iquilinos. §. si. ff. de lega. i. sed iste dona tiones clādestine non interuenientibus actis sunt prohibite ut .l. donatio siue. de donat. & ibi no. ergo nō ualidantur iuramento nec oritur ex eis obligatio naturalis. Ad hoc q3 no. Cy. in .l. i. C. de sac. san. eccle. & Bar in .l. si quis pro. de fide. fm Bal. in .d. l. il lud. Hoc dictum Bal. potest dupliciter intel ligi. Primum an iuramentum sit exclusiuū insinuationis ut quia renuntietur legibus de insinuatione loquētibus uel eo animo done tur & iuratur q3 non facit insinuationem ces sare. & his modis puto Bald. intelligere ut ut patet per ea que allegat & per id quod sub dit q3 legi de insinuatione loquenti non pōt renuntari. & de hac questione dicā in .lxii questione. Secūdo modo potest intelligi po sito q3 per iuramentuz possit excludi insinu atio: an si iureretur simpliciter super cōtractu donationis insinuatio intelligatur exclusa in quo articulo dico q3 non quia in iuramento ī telligitur clausula si res in eodem statu pman serint. ūde principe uel prelato a statuto suo remotis subdit qui eidem iurauerunt illi iura mento non sunt ulterius obligati. de plecti. c. uenerabilez. in fi. de ope. no. nunc. C. ii. in fi. cum enim non fuerit seruata lex in sinuationem requirens donatio deficit a sta tu suo propter causam superuenientem non facte insinuationis. & sic ex superuenienti causa iurans non astringitur de qua superue nienti causa non fuit cogitatum. ad hoc d're nunc. c. ii. de iureiuran. c. penulti. optime facit: eo. ti. c. ad nostrā. el. ii. maxime fm lec. Hostien. ad idem de hereti. c. fi. ad hoc facit quod no. Hosti. de censu. significauit. ubi dicitur q3 si aliquis teneatur alicui per iura mentum soluere inter certam diem & credi tor medio tempore condemnnetur sint bona eius confiscata ille iurans illi olim creditori & iuramento amplius non tenetur predicta maxime procedunt in heredibus iurantibus ad quos non transit religio iuramēti ut no. Inno. i. c. ueritatis. in fi. d' iureiur. quibus rōnibus hoc t3 Frede. cōst. cclxxii. q3 icipit Statuto cauetur q3 si donatio nō fuerit regi strata q3 allegat & sequitur do. An. de but. in. c. cum contingat. de iureiurā. in octauo

casu siue in .viii. q. Cōcludens idem si cōtra  
ctus iuratus anulletur qz nō sit soluta gabel  
la ex forma statuti nam talia iuramenta intel  
ligūtur si res in eodem statu durauerat. ff.  
de soluti. l. cum quis. §. si debitore. de ele.  
uenerabilē. in fi. xv. q. vi. nos sanctoruz &  
c. iuratos. de iureiuran. c. ad nostraz. de nō  
ope. nūc. c. ii. & d. c. significauit. fm eū  
quē refert & sequitur do. Io. de Imo. in. c.  
cu3 contingat in. vii. m. mbro.

Lxii. quero an donans possit renuntiare  
his legibus que insinuationē requirunt dicit  
Io. an. i. d. §. porro. uer. ulti. de instr. edit.  
in prin. magne addi. quod Guid. de suza. in  
l. pe. c. de dona. & in. l. illud. c. de sa. san  
ecc. t3 q. sic dūmodo exprimantur. ll. hoc p  
hibentes cu3 legū asperitas pactis litigantiū  
mitigetur. c. de tempo. appel. l. ulti. in fi.  
ff. de edi. edic. qre. §. si uenditor. facit. c.  
de pac. l. si quis in cōscribendo. ff. de pact. l.  
pacisci. & quod no. ff. de donati. l. fideiuf  
sor. Simon Vincē. in. l. sancimus. c. de do  
na. & Cy. eo. ti. l. pe. in fi. tenent cōtrariū  
eius quod t3 Io. an. cū legi. phibenti renunti  
ari non possit ut in re dotali & minorum &  
donatione inter cōiuges uel similibus: ne p  
hibitum una uia fiat alia. de re iur. cu3 quid  
una. li. vi. Item ius illud est publicuz utilita  
te ne per metum uel fraudē donātes grauitet  
ledantur que duo coram iudice cessare presu  
muntur. c. de his qui per me. iudi. l. i. ff.  
quod me. cā. l. fi. & reipublice expedit ne  
quis re sua male utatur insti. de his qui sunt  
sui uel ali. iur. §. s3 hoc maxime. quia dona  
re est pdere. ff. de donat. l. si filiūfamilias  
hanc partē tenet Iaco. de belui. in sua. q. v.  
extra lecturas qua tractat de donatione facta  
nepoti per auias: inducit q. insinuatio respi  
cit etiam fauorem donatarii in autem. fratrū  
filii. §. illud. col. ix. & de donati. licet. &  
l. data. in fi. tñ fatetur q. etiam cōcutrēs eius  
renunciatio nō teneret hoc dicit Io. an. i. d.  
addi. hoc idem t3 Bar. in. l. sancimus. in fi.  
& in. l. modestinus. qz legibus inducētibus  
certam solennitatē in actibus hominū renun  
tari non pōt. c. ne fide. dō. den. l. i. & ibi  
no. in glo. & quia insinuatio ut fiat nō est  
in fauorem donantis sed aliorū. s. ne fraudes  
fiant. c. de donat. l. data. ergo renūtiari nō  
potest ut in autem. ut sine phi. ma. debi. &  
credi. §. quia uero. coll. vii. fm Bar. in. d.

l. modestinus. idem tenet in. l. nemo potest  
ff. de leg. i. dicens testatorem nō posse pro  
hibere insinuationem testamenti que requiri  
tur ex forma statuti ciuitatis Perusii qz oīa  
que requiruntur propter uitādā falsitatē uel  
pericula nō possunt remitti per testatorē uel  
contrahentem ut. l. compationes. de fid. in  
strumen. & de hoc per Iac. de belui. in. d.  
§. quia uero. solennitates enim iste sunt i  
uente ut falsitates cessent ut. l. iubemus. in  
fi. c. de testamē. ergo non possunt per testa  
torem prohiberi Bar. in. d. l. nemo potest.  
hoc idem tenet Eal. in dicta. l. illud. quia ta  
lis solennitas nō est introducta in beneficiū  
renuntiantis sed in odium recipientium clan  
destinas donationes & ne quis prodigaliter  
utatur substantia sua ar. ff. ad trebel. l. impe  
rator. & quia legi introducenti certam solē  
nitatem & cet. ut. d. l. nemo potest. Cōmu  
nis ergo opinio doct. est q. legi insinuatōis  
renuntari non potest.

Lxiii. quero quid si renūtians iurauit nō  
contrauenire de obmissione insinuatōis nō  
opponere. dicit Io. an. in ti. de instru. edit.  
§. porro. uer. ultimo. in uer. sed quid si re  
nuntians. q. fm opi. Guidonis de qua supra  
proxima questione non est questio cum per  
eam teneat renuntiatio sine iuramento proce  
dit ergo questio fm contrariam de qua dixi  
in proxima questione & cum iuramēto tene  
at facit autem. sacramenta. c. si aduer. uend.  
& quod ibi no. in. iii. glo. & decreta. cum  
contingat. de iureiuran. & c. quēadmodū  
& eo. ti. liceat. li. vi. & eo. li. de pactis  
quanuis. Ad idem facit quia donatio sine in  
sinuatione non est penitus inimica iuri que  
patet q. tenet infra legitimam summā ut in. l.  
sancimus. c. de donat. Ad contrariū. facit  
quod no. in eadem autem. sacramenta. colla.  
decima in tertia glo. in princi. Item donare  
sit perdere ut dixi in precedēti questione pa  
tens est lesio. Sed huic respondebitur per re  
gulam scienti cum concordā. li. vi. p quod  
dico per prima iura. hec sunt uerba Io. and.  
in dicto loco. Bar. in. l. modestinus. in fi.  
non firmat hanc questionem & remittit ad  
scripta per eum in. l. si quis pro eo. ff. de fi  
deiusso. ubi explicitē de hoc nihil dicit: sed  
cōsideratis rationibus eius positus in proxi  
ma. q. uult renuntiationem non firmari iu  
ramēto dum allegat. l. i. & quod ibi nota.



in glo. C. ne fide. do. den. ubi uult glo. nō  
tenere fideiussione cū iuramento & Bar. in  
d. l. si quis pro eo. in. iii. mēbro: & dum iō  
renunciari nō posse ne fraudes fiant & ut ces  
sent falsitates. nam iuramentū nō est obliga  
torium de reg. iur. li. vi. & ipse dicit in. d.  
l. si quis pro eo. in prima rōne. Hoc tenet Bal  
expresse in. d. l. illud. p rōnes positas in. pxi  
ma. q. per eū. Saly. in. l. pe. C. de donat. p  
hac opi. allegat glo. §. itē sacramenta. supe  
rius allegatā. & etiam inquantū tangit de re  
nuntiatione uelleyano. Itē quia ut. s. tactuz  
est: donare est perdere: & sic est patēs lesio  
& per cōsequens iuramentū uidetur indiscre  
tum: & ideo nō uidetur obligare per ea q̄ ha  
bentur in auten. qd̄ eis. C. de nupt. & facit  
quod habetur de iureiurā. & si christus. Itē  
quarto eo q̄ phibitū una uia & ce. ut in scda  
cā quid una. li. vi. & in. l. scire. oz. §. opz.  
de execu. tu. Itē quinto q̄ ibi non fit insinu  
atio uidetur donatio suspecta. C. de donat.  
l. donatio siue. Itē sexto q̄ ea facilitate qua  
inducitur ad donandū induceretur ad iurādū  
ff. de noua. l. de li. exceptio. uer. diuersum  
Itē q̄ uidetur contra ius ob publicam utilita  
tem inductum ne donās per metū uel fraudē  
grauiter ledatur que duo coram iudice cessare  
presumuntur. l. si. ff. quod me. cā. & etiaz  
q̄ interest reipublice ne quis re sua male utā  
tur isti. de his qui sunt sui uel alie. iur. §. i.  
& ppter predicta dicit q̄onem ea dubiaz &  
sup illam cogitandū. Do. Io. de Imo. in. c.  
cu3 contingat. in. x. mēbro & in. iiii. q. dī  
cit: tu potes tenere opi. Io. an. per rōnem p  
eum allegatam dūmodo per metuz uel fraudē  
iuramentum nō sit extortum. nam tunc peti  
pōt absolutio iuxta que habentur in. c. si ue  
ro. de iureiuran. Nec obsāt rōnes superius  
allegate. & primo quod no. glo. in. §. item  
sacramēta. in prin. quia illa glo. uidetur uel  
le q̄ sit spēale in illo casu q̄ cōtractus inuali  
dus firmitur iuramēto. & hoc etiaz uoluit  
sentire glo. in. l. si predium. C. de iur. dot  
& l. unica. §. sed cum lex. C. de rei uxor.  
ac. nā uolunt glo. predicte q̄ l3 cōtractus mi  
noris firmitur iuramento p auten. si nostrā  
tō secus dicit in cōtractu rei dotalis: q̄ de il  
lo nōn disponit. d. auten. sacramenta. & sic  
remanemus in regula. l. nou. dubium. C. de  
legi. q̄ uult q̄ cū actus est nullus nō ualidetur  
iuramento. & certe istud posset pcedere de

17  
iure ciuili: sed de iure canonico quod in hac  
materia seruari debet ut in. c. i. de iureiurā.  
li. vi. non pcedūt ille glo. q̄ primo uidetur  
q̄ etiā in aliis casibus l3 contractus sit nullus  
firmitur iuramēto dūmodo saluari possit si  
ne interitū salutis eterne & non tendat in al  
terius preiudicium p ea que habentur in. d. c.  
cū contingat. & in. c. ii. de pac. lib. vi. &  
sic uidetur ubicunq3 dicta rō possit habere lo  
cum firmitur dictus cōtractus iuramēto &  
ideo per hoc uidetur in casu preposito firma  
ri debeat cōtractus: cū dicta rō locum sibi uē  
dicare possit. Item non ob. quod no. eade3  
glo. inquantū dicit renuntiationē uelleyani  
factā cū iuramento non nocere: q̄ loquitur  
q̄n facta est per muliere3 minorem. xxv. an  
nis. quo casu satis est q̄ iuramentū represen  
tet eā maiorem ut legitur & no. in. l. ii. C.  
de rescin. uend. & iō sicut maior posset uti  
uelleyano renūtiando fm no. in. l. si. C. ad  
uelle. Item poterit etiaz esse in dicto casu &  
fm opi. glo. si nō fuerit certificata de bene  
ficio uelleyani nō tenet renūtiatio uelleyani  
de quo in. l. si. §. pe. ff. ad uelley. Preterea  
posset esse dubiū q̄ dicta glo. inquantum di  
cit mulierem minorem renūtiante uelleyano  
cū iuramento nō preiudicare sibi: an pcedat  
exquo specificē renūtiat ipsi beneficio uelle  
yani cū iuramēto nā tale sacramentū pōt ser  
uari sine interitū salutis eterne. & sic ut ser  
uandū p. d. c. cū cōtingat: Maltē si mulier fu  
erit certificata de ipso bñficio. Itē nō ob. q̄  
donare est pdere q̄ sibi iputet qui donet ar.  
c. damnū. de re. iur. in. vi. alias infra sūmā  
taxatā a iure non debēt posse donare qd̄ ē fal  
sum. Nec etiā d3 dici indiscretū iuramentum  
dūmō alias donans sit discrete mentis p ea q̄  
habentur in. d. c. cū cōtingat. Scdo p hoc nō  
ob. qd̄ hētur in auten. q̄ illud pcederet q̄n  
iuramentū prestatur ab eo qui nō est sane mē  
tis. Et sic nō ob. tertia rō q̄n una uia ē tantū  
cū iuramēto & scda est sine illo ut p3 expres  
sein auten. sacramēta. & in. d. c. cū cōtingat  
& .e. ti. c. debitores. & hoc ppter auctori  
tatē & reuerentiā sacramēti facit qd̄ hētur. e.  
ti. c. & si christus. Itē non ob. iiii. rō quia  
licet donatio non sit insinuata tamen potest  
esse publice facta coram testibus ut fiunt a  
lii contractus. & sic propter hoc non debet  
dici talis donatio suspecta nisi aliter appare  
at. quia occulto per metū & fraudem fuisset

occupata. Nec ob. quod habetur in .d. l. do  
natio. qz ibi dicitur qz donatio ultra summas  
taxatas a iure debet insinuari ut tollatur occa  
sio procurandi donationes fieri clam & i frau  
dem & non dicit qz directe & si semp nō fiat  
insinuatio qz sint clandestine et fraudulentē  
sed qz occasio iliter pōt illud cōtingere que  
occasio non debet attendi quia iuramentum  
est prestitum ut not. per glo. in .c. si uero.  
de iureiuran. et de pac. c. ii. li. vi. nisi aliter  
probetur fraus. Item non obstat quinta ratio  
dum dicitur qz eadem facilitate etce. quia illa  
ratio non procedit quādo inuenit sacramen  
tum propter reuerentia et auctoritatē sacra  
menti ut patet in minore et muliere iurante  
super contractu ut patet in auten. sacramēta  
et .d. c. cum contingat. Item non obstat qz  
dicitur propter publicam utilitatē quia istud  
non reperitur iure cautum. sed bene dicitur  
qz fuit inducta a iure insinuatio ut tollatur oc  
casio donationis fieri per metuz siue fraudē  
siue clādestine ut patet in .d. l. donatio. &  
licet dicatur iūteresse reipublice ne quis re sua  
male utatur. istud non sufficit ad infringen  
dum iuramentum: quia est utilitas secundaria  
ut patet in simili in muliere alienante rez do  
tals. nā lz iūterlit reipublice mulieres nō esse  
indotatas. l. fi. ff. solu. matri. tamen firma  
tur contractus alienationis rei dotalis per iu  
ramentum ut .d. c. cum contingat. Non ob  
stat qz non uidetur renuntiari posse legibus  
inducentibus certam solennitatez in actibus  
hominū iuxta no. in .l. nemo potest. de lega  
. ii. quia illud uerum quando ibi non interue  
nit iuramentum secus quando interuenit ut  
patet in minore. nam licet lex dicat certaz so  
lennitatem seruari debere in alienatione rei mi  
noris uidelz qz fiat cū auctoritate administra  
toris & iudicis & causa cognita. l. nūc puto.  
. §. ne possit. ff. de re. eorum. tamen si alie  
natur sine dicta solennitate cum iuramento  
tenet alienatio ut patet in auten. sacramentū  
ibi uota. Item non obstat si dicatur inductū  
fuit insinuationem fieri non in fauorem do  
nantis sed aliorum odium qui pcurabant clā  
destinas & fraudulentas donationes fieri. l.  
donatio siue. & .l. dubia. C. de dona. et sic  
uidetur non possit renuntiari. l. tā & si. ff.  
ad munic. quia potest responderi dupliciter.  
Primo quia licet sine iuramento non possit  
renuntiari tamen cum iuramēto uidetur pos

set renuntiari & fm omnes iuramentuz ob  
ligat ut in .c. significante in simili de pigno  
& de iureiuran. .c. debitores. ubi dicit sub  
quarto membro. sed an possit peti absolutio  
bene fuerunt opi. ut dicit sub quarto mēbro  
& etiam sub tertio. Item potest dici qz indu  
ctum fuerit insinuationem fieri pncipaliter  
in fauorē donantis ne ex sua liberalitate peri  
clitetur facit. l. ne ex libertate. ff. de reg. iu  
ris. Et secundario in odium procurantiuz clā  
& occulte illas fieri et ut tollatur talis occa  
sio: ideo uidetur qz possit renūtiare per regu  
lam. l. plurium. C. de pactis. saltim cum iu  
ramento. nam cōmuniter tenetur qz sine iura  
mento donari non potest propter alias rati  
ones superius positas. Item non obstat qz lex  
phibet fieri illas ultra summā taxatā sine insi  
nuatione. & sic uidetur qz nō possit renunti  
ari per no. in .l. i. et. ii. C. ne fide. do. den.  
quia ista ratio non procedit quando interue  
nerat iuramentum ut declarauit in secūda. q.  
quinti membri. Item non obstat ultimo qd  
dixit in .d. l. illud. dum dicit qz ubi iuramen  
tum iūterponitur super re prohibita nō ligat  
per regulam si quis inquilinos. §. fi. de reg  
tur. quia illud pcedit qn esset res prohibita  
per canones. secus tamen quādo scdm leges  
tantum ut uoluit Io. an. post Hostien. de iu  
reiuran. quemadmodum in uer. alias uisum  
in glo. quam ponit. Item potest dici secūdo  
qz illud procedit quando esset res prohibita:  
quia contra bonos mores uel quia reprobare  
tur a iure canonico ratione publice utilitatis  
pncipaliter per ea que habentur in .c. si dili  
genti. de foro compe. & in regula nō est ob  
ligatorium. de regu. iur. li. vi. qd non con  
tingit in casu proposito quia nō reprobatur  
donatio ultra summam taxatam per dictaz ra  
tionem sed per alias superius tactas. ideo nō  
sequitur qz non possit iuramēto firmari satis  
tamē uidetur qz ubi iūteruenit sacramentū: ne  
dum de iure ciuili: sed nec de iure canonico  
ualeat per ea que habentur in .c. i. de ope. nō  
nun. fm do. Io. de Imola. ut premititur ad  
litteram dicentem in dicta quarta qōne dicti  
decimi membri amplius in dicto .c. cum cō  
tingat in septimo membro in questione pro  
xima precedente posita ubi concludit do.  
An. de butri. qz donatio iurata excludit nul  
litatem subsistentē ex cā de presenti fm tem  
pus iuramenti qz ad illud iuramentū refertur

secus si nullitas surgeret ex causa superueni  
enti ut propter insinuationem non factam ut  
gabellam non solutam ex forma statuti anu  
lantis actum ex postfacto. idem sequitur ipse  
idem do. Io. subdit ipse q. illud limitat do.  
An. nisi expresse eēt renunciaturū tali statuto  
loquenti de insinuatione cum iuramento: q.  
tunc non posset uenire contra donationē s.  
donatio non foret insinuata: quia tunc ppter  
renuntiationē talem cum iuramento non pos  
set contrauenire per id quod habetur in .d.  
.c. cum contingat. & neduz ipse donator iu  
raas non potest cōtrauenire sed nec etiā eius  
heredes scdm eum. quia licet heredes non li  
gentur ad penam periurii ligantis animam ex  
iuramento defuncti per id quod nota. per In  
no. in .c. ueritatis. de iureiuran. tamen licet  
non ligentur ad tale uinculum spirituale quo  
fuit ligatus defunctus cum propter iuramen  
tum ualida fuerit donatio non poterit cōue  
nire: quia per iuramentum prestitum super  
contractu nedum obligatur iurans ad obser  
uantiam iuramenti s. etiā firmatur cōtractus  
ut nota. in dicta autem. sacramenta. & ideo  
obligatio afficit etiam heredes facit licet non  
allegat quod no. Io. an. in .c. cum. C. laicus  
de foro compe. in .vi. sm do. Io. de Imola  
sic ad litteram dicentem in dicto. vii. mēbro  
in quo tractat an iuramentum firmet contra  
ctum simulatum sed dictam limitationē ego  
non habeo in lectu. do. An. in .d. c. cuz cō  
tingat. nec de ipsa limitatione ipse Io. and.  
facit mentionem in dicta quarta. q. credēdū  
est q. ipse habuerit ueruz si quis uellet hec oīa  
examinare oportet reuoluere totam materiā  
iuramenti unde salua determinatiōe romane  
ecclesie cui me subicio non recedo per predi  
cta ab opinione legistarum q. per iuramentū  
insinuationi renunciare non possit per rōnes  
eorum: uidelz q. insinuatio sit inducta ad fal  
sitates & fraudes obuiandas contra quas iura  
mentum non est obligatoriū quia contra bo  
nos mores ut in .c. non est obligatoriuz &  
iuramentum non firmat actum contra dolum  
presumptum. iuri enim presumēti dolum  
renunciari non potest in autem. ut in obi. an  
nuptias. circa medium colla. v. nec placet re  
sponsio do. Io. quam facit ad rationēz predi  
ctam: quia occasionaliter disponit lex de insi  
nuatione non q. semper sic sit que occasio non  
debet attendi ubi interuenit iuramentum ut

18  
in .c. si uero. in glo. ii. de iureiuran. et .c. ii  
in fi. de pactis. li. vi. q. illud sit uerum q. oc  
casio non debet attendi que est multuz remo  
ta & que difficile infert ad causatum. & sic  
dicta iura loquantur. at in proposito causa in  
fert facilem iuris presumptionē: unde debet  
attendi ut no. Bar. ff. de auro & argen. lega  
.l. uxori. & licet dicte rōnes cessare possent  
non intelligitur tamē legis prouisio que bo  
na fuit ualens casum prouidere qui euenire pos  
set licet non eueniat. & sepe iura hoc faciūt  
de diuor. c. quanto. de ser. non ordi. c. i. C.  
in qui. cau. in integ. resti. non est necess. l.  
fi. C. quando lite uinse. scire iudi. uin. l. i.  
hoc in simili tenet Spec. in ti. de arbi. §. se  
quitur. uer. sed qd Cy. et Io. an. ibi allegās  
predicta iura hoc latius ego examinaui in .q.  
per me disputata que incipit: Maritus debi  
tis inuolutus. in prima. q. euidentiali ad so  
lutionem dicte qōnis: ubi conclusi rōne ma  
xime antedicta donationē inter uirum &  
uxorem iuramento non firmari: alias si iura  
mentum excluderet dolum presumpsum a iu  
re pari rōne foret dicendum q. si quis promit  
tat occidere hominem q. teneat iuramentum  
quia possit aliquo casu sine dolo occidi seu  
non semper occisio sit prohibita qd foret in  
sanie responsum si iuramentuz non excludit  
dolum propter quod donatio insinuata non  
tenet. nam non excludit malos mores: sic non  
excludit beneficiuz macedoniani ponderata  
rōne. l. i. ad maced. sm Io. an. in ti. de sen  
ten. §. ut autem. uer. hoc autem notanduz.  
& latius dixi in tractatu quem feci de execu  
tione instrumentorum in .xvii. q. Cōcludo  
igitur legibus de insinuatione loquentibus  
iuramento renunciari non posse.

Lxiiii. quero cū sepe in presenti materia  
de solido fecerim mentionē: & presertim q.  
donatio excedens quingentos solidos insinu  
ari debet. C. de dona. l. pe. & dictum est in  
.xxxiiii. q. qualiter solidus accipi debeat.  
Rōdeo pro aureo nam solidus pro aureo &  
aureus p. solido accipitur quorū. lxxii. librā  
auri constituunt ut no. glo. insti. de pena.  
te. liti. §. fi. et. ff. de in ius uo l. fi. et. C.  
de ser. fug. l. quicūqz. C. de nau. et submit  
l. quotiens. li. x. et quod ibi no. in ult. glo.  
idē t3 Io. an. in ti. de instru. edi. §. porro.  
uer. ult. i. addi. tua. i. fi. qua ratione dicit ibi  
q. Vber. de bobio. l. sancimus. C. de dona.

reprehendit illos qui recipiunt soliduz prout  
recipitur in cōmuni pro .xii. denariis p qui  
bus facit Lōgbarde .l. ii. de quātitate solido  
rum . per totum . & quod uidetur Bal. in . c .  
fi. de iudeis . in . iii . glo . scđm quos usqz ad  
xxv . libras monete localis poterit donatio fi  
eri sine insinuatione & ultra non . et hoc etiā  
secutus fuit iudex Mōtispolitiani in Tuscia  
qui donationem factā ad trecentas libras quē  
reprehendit Rofre . istum non iniustu licet  
de brodo iuris gustasset tamen esset utilis pa  
rum taxatio legalis in Italia . & ideo per sta  
tuta ciuitatū prouisa est longe minoris quan  
titatis . unde in ciuitate Bononie ultra centū  
libras bononi . que ualet parum ultra . xxxii .  
flore . & quandoqz minus requiritur insinu  
atio s̄m Io . an . in additio . predicta s̄m quē  
patet totam hanc materiam conuenire statu  
tis locorum de insinuatione loquentium pre  
dictam opini . de solido q̄ accipiatur pro au  
reo ut supra tenet Cy . in . l . illud . de sa . san .  
eccle . in prima . q . & idem tenet Rofred . ut  
refert & sequitur Io . an . in dicto . c . fi . de  
iudeis . super . iii . glo . per . l . si . in . fi . ff . de  
minor . & per . l . omnibus . C . de sportu . et  
C . de fal . mone . l . si quis minus . unde lex dī  
cit . xx . solidos dāndos ne libertas prestita re  
uocetur . ff . de ma . te . l . cuz ex falsis & alias  
dicit aureos . ff . de inoffi . testamē . l . papini  
anus . § . ultimo . non obstat . l . nūcius . de le  
ga . iii . et . l . si seruus plurium . § . si minus .  
de legat . i . quas . d . glo . ī dicto . c . fi . allegat  
in contrarium : quia loquuntur de precio appo  
sito ab homine s̄m Abbatem ut refert . Io .  
an . super . d . glo . unde in insinuatione fiēda  
inspiciatur solidus uel moneta currēs tempo  
re legum insinuationem precipientium . nec  
obstat quod no . Spe . in tit . de solu . & obli  
gatio . § . nunc aliqua . uer . fi . dicēs in cōtra  
ctibus īspici monetaz currētez tpe cōtractus  
sed in legibus & statutis non inspicietur tem  
pus legis condite . sed tempus quo postea re  
peritur obligatio . ūde si officialis ex forma  
statuti debet habere decem libras turen . uel  
delinquens puniri debet pena decem libraruz  
turen . īspiciatur moneta currēs tempore offi  
cii uel delicti : non ea que currebat tempore  
statuti conditi : quia dictuz Specu . loquitur  
in solutione & questio nostra loquitur ī so  
lēpnitatis adhibitōe que est uniformis omni  
tempore s̄m Bal . sic dicentem in . d . l . illud .

de sacr . sanc . eccle . in fi . ad hoc quod plene  
scripsit Bar . ff . de solutio . l . paulus & do .  
Anto . de but . de iureiuran . c . quanto .

Explicit tractatus Insinuationis edi  
tus per me Antoniu3 de Cannaro mi  
nimum legum doctorez : saluo iure ad  
dendi & minuendi : sub annis domini  
M . CCCC . XL . & mense septēbris  
dicti anni : quē subicio charitatiue cor  
rectioni cuiuslibet melius sentientis .

Impressum Piscie impēsis nobilis  
iuuenis Bastiani filii Ser Jacobi Ghe  
rardi de Orlandis de Piscia : opera pre  
sbyteri Laurentii & Franchi fratrum  
& filiorum Iacobi Cennis florentino  
rum opificum . sub annis incarnatiōis  
dñi nostri yesu Christi . M . CCCC .  
LXXXVI . & die . VII . mēsis Mar  
tii . Ad laudem & gloriam domini no  
stri yesu Christi redemptoris nostri  
eiusqz beate gloriose uirginis Marie  
& sanctorum Iacobi & Sebastiani to  
tiusqz celestis curie paradisi .



Jone  
373

de moneta dicitur  
tpe uincitatus et in  
p. l. p. p. p.